to nec solus inquit bibere sustineo nec tam exiguū diuidere
omnibꝫ possum; uos currite et liberis uris pp quod illos attulis
tis date. Tandem ad flumē oxum ipse peruenit prima fere
uespera. sed exercitus magna pars non poterat consequi In edito
monte ignes iubet fieri. ut hii qui egre sequebantur haud p
cul castris ipos abesse cognoscerent. eos aūt qui primi agminis
erant mature cibo ac pocione firmatos implere alios utres
alios uasa quibuscūq; aqua portari possit iussit. ac suis opē
ferre. sed qui intemperancius hauserant intercluso spū ex
tincti sunt; multoq; maior horū nūs fuit q̄ in illo prelio amise
rat. At ille toracem adhuc indutus. nec aūt cibo refectus
aut potu qua ueniebat exercitus constitit; nec ante ad curā
dum corpus recessit q̄ pretierat agmen. totamq; eam noctem
cum magno animi motu perpetuis uigiliis egit; nec postero
die letior erat. quia nec nauigia habebat. nec pons erigi poterat
circumquaq; amne nudo & materia maxime sterili. Consi
lium igitur quod unū necessitas subiecerat init. utres q̄ plu
rimos stramentis refertos diuidit; his incubantes transnaue
amnē quiq; primi transierant in statione erant dum traice
rent ceteri hoc modo. Sexto demū die in ulteriore ripa to
tum exercitū exposuit; iamq; ad persequendū bessum sta
tuerat progredi cum ea que in sulianis erant cognoscit Spi
tamenes erat inter omnes amicos precipue honore cultus a
besso. sed nullis meritis perfidia mitigari pot. que tamē iam
minus in eo inuisa esse poterat. quia nihil ulli nephas in
in bessum interfectorem regis sui uidebatur. Titulus facino
ris speciosus preferebatur uindicta darij. sed fortunā nō sce
lus oderant bessi. Namq; ut alexm flumē oxum superasse
cognouit. data pherne & cathene quibꝫ a besso maxima fides
habebatur in societatē cogitate rei adsciscit. illi pmcius adeūt
q̄ rogabantur assumptisq; octo fortissimis iuuenibꝫ dolum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_915/0157
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG